



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

3 de Sacramentis in genere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

Et ut abirent profani, & templo exirent prius in clamabant Sac-
 erdotes: est & apud Silium Italicum lib. 7.
Tam puppe e magna clamore sacerdos
Parcite pollutis contingere vincula palmis.
Et procul hinc maneo, procul hinc quocumq; profanè.
 Meminit & Tertullianus in apologetico, at vero & formulam re-
 fert Virgilius, 6. Æn.

.... Proculo procul este profani,
 Conclamat vates, sotosq; absistite Luco.
 ¶ Aug. illius ¶ Cæsar, noluit religionis causas aperto foro cogno-
 scere. Suet. in Aug. c. 95. Et Athens sacris initiatus, cum postea Ro-
 mæ pro tribunali de privilegio sacerdotum Cereis cognosceret,
 & quædam secretiora proponerentur, dimisso consilio & corona
 circumstantium, solus audiuit discipulantes. Næ, qui sacros ritus
 & ceremonias, & Theologiam docuit homines, multa etiam na-
 turalium rerum secreta mandauit literis, quæ solis sacerdotibus
 Scythæ, Armeni commendarunt. Neque enim fas est vili illa in-
 spicere, aut legere, aut docere, quam solis sacerdotibus, & inter
 sacerdotes dumtaxat, sicut & quod rituales libros rellomit, ex qui-
 bus illis primum *Saga* nomen fuit inditum, quod est sacerdos,
 sacrificulus, pontifex. *Berosin* 3. Sed de mysteriis celandis in reli-
 gione hæcenus dictum sit, cum in crimine hereseos plura petra-
 clauerimus, dura agimus de cautionibus contra hereticos. Et
 quomodo etiam cultus diuinus exercendus sit, & de munere sa-
 cerdotum & aliarum personarum ecclesiasticarum, deque ordi-
 nibus sacris, suo loco tractatur, dum de personis agimus ecclesia-
 sticis, & de ordinibus & beneficiis potissimum in finitione bene-
 ficii, & alibi.

De sacramentis in genere. Cap. 3.

- 1 Sacramentorum causa, & quid, & quot.
- 2 Diuisio & finis singulorum.
- 3 Que iterantur, & que non.
- 4 De quo, & a quo conferuntur.
- 5 Quibus rebus formam & perfectionem accipiant sacramenta.
 Et que imprimant Characterem.

D^eus optimus maximusque, ꝑ ꝑm hoc miserum humanum
 genus suam tutelam singulari redemptionis beneficio sus-
 cepit, rude & corporale, voluit electa certa materia illi suam in-
 uisibilem gratiam cõferre, eam rebus certis & statis benedictio-
 nibus impemens pro ineffabili sua omnipotentia. Ita sacra-
 mentum inuisibilis gratiæ visibile signum, sed vltra signum, quod
 videtur, habens grauius simul in hærentè, cuius, visibile testatur vt
 signum, existentia. *vide can. sacrificium de consecrat. dist. 2. c. nul-
 li. q. 1. Tractatur de hac sacramentorum materia, in 4. Magistri
 sententiarum sacrorum patrum, dist. 1. & seq. Sacramenta, in eccle-
 sia Dei sunt a fide & religione Christiana recepta, a Deo instituta,
 vt in lege noua euangelica, eaque septem, prout probauimus in
 sexto hb. Artis mirabilis c. 8. quæ sunt, baptisimus, confirmatio, eu-
 charistia, extrema vñctio, penitentia, matrimonium, sacer ordo,
 ¶ Sacramentorũ ¶ alta dicuntur necessitatis, alia voluntatis. *cano.
 remissionem, § sed norandum, i. q. 1. c. vniuers. c. 8. de tran. sicut. ap. Gr.
 Tractat de necessitate sacramentorum Ugerius, c. 16 de sacrament.
 vñctio. in institutioni. Theologicis. Necessitatis sunt, quæ Christianus
 inuicere tenetur: voluntatis, quæ Christianus, et si possit, ta-
 men suscipere non cogitur. Necessitatis dicuntur 5, Baptisimus,
 c. nulla preter, de consec. dist. 4. confirmatio, c. nullus ministrorum, de
 consecrat. dist. 1. 4. eucharistia, capit. omnis Christianus, de consec.
 dist. 1. extrema vñctio, c. 1. 2. 6. 7. penitentia, c. non potest, de peni-
 tent. dist. 1. Voluntatis duo, ordo, c. ubi ista, 7. 4. dist. can. si. §. 2. 2. q.
 4. & matrimonium, c. ubi non est, 30. q. 2. c. cum locum, de spons. Omnia
 tamen sacramenta, quod ad statum vniuersum ecclesiæ
 pertinet, necessaria sunt, baptisimus, sacramentum intractum: c. a.
 nulla preter, § porro, de consecrat. dist. 4. confirmatio ad robur pu-
 gnantium, c. vni. § per famulos, de sacra vñcti. & c. spirit. sanctus, de
 consecrat. dist. 5. eucharistia, ad viaticum saluberrimum ingredi-
 entium, c. qui recedunt, & c. de his, 2. 6. 6. penitentia, redeuntiu,
 c. his qui, 26. q. 7. c. 2. §. 2. de penit. dist. 3. & resipiscendum: extrema
 vñctio, exuentium ab hoc seculo, c. ab inferis, 26. q. 7. ordo, diui-
 nis deferuentium: matrimonium, generantium. ¶ Horum ꝑ o-
 3. nium quædam semel tantum conferuntur, alia iterabilia sunt,
 Quæ nõ iterantur, & nõ nisi semel conferuntur, sunt Baptisimus, c. a.
 sacramenta, & c. manus, i. q. 1. tit. ne sancti. Baptisimus, reuer. lib. 1. c. ut
 de sacra. non iteram. ap. Gregor. confirmatio, eod. ordo, c. de ho-
 mine, c. de his, c. dist. non est nobis, de consec. dist. 1. §. Cypria. sermo-
 ne de ablutio pedum, reliqua repeti possunt. *Hofst. in Summ. tit. 1.***

de sacra. non iteram. ¶ Porro ꝑ spiritus sanctus ipse est, qui effi-
 cacia omnia facit sacramenta: nõ enim autem is qui ea præbet mini-
 ster, can. multa, can. ita fiat, cum 4. sequi. i. q. 1. a cuius malitia cõin-
 quinari nequeunt. c. remissionem, i. q. 1. c. nonne. eodem, vide concilium
 Tridentin. sectio. 5. de sacrament. c. 12. c. vestra, de cohabit. cler.
 & mulier. Et ideo quædiu minister malus ab ecclesia suffertur,
 ab eo sacramenta accipi possunt, can. multi, can. neque, c. omnia, c.
 per Esaiam, i. q. 1. c. si. 15. q. fin. excepto eo quem nosi hæreticum, a
 quo nec a simoniaci, si indubie noris, nõ debes accipere, can.
 vltim. 24. q. 1. Si tamen ipsi in forma ecclesiæ, hoc est, obseruata
 forma ecclesiastica, præbuerint, virtute sua sacramenta non pri-
 uantur, can. secundum, i. q. 1. dist. c. quod autem, cum trib. sequen. & c.
 sicut, i. q. 1. potissimum quod ad characterem pertinet, nõ autè
 quod pertinet ad executionem. can. præter hoc, §. porro, 2. 2. dist. c. si
 qui a simoniaci, i. q. 1. Quamobrem & ordinatio facta per hæreticos,
 iteranda nõ est, sed virtus sacramenti dabitur per manus
 impositionem, & suppletur, can. præter hoc, §. de malis, 3. 2. dist. c. si
 si autem nõ seruata forma ecclesiastica concedatur ab his ia-
 camenta, virtute carent omnino. c. hi qui, §. sed norandum, i. q. 1.
 Legitimi sacramentorum ministri illi, qui parochiis præfati sunt,
 vbi de gentibus danda: alii minime generali iure. c. inter dici-
 mus, 16. q. 1. c. 2. & 3. de paroch. c. 1. de sepultur. c. omnis cuiusque, de
 penitent. in 6. Et saltem presbyteri esse debent, c. presbyteri qui, de
 consec. dist. 1. qui baptisimus, eucharistiam, confirmatio, & extrema
 adhibent vñctionem, & penitentiam, & qui matrimonium be-
 nediciunt, *Hofst. in Sum. de sacrament. non iteram, §. qui possit
 conferre. at qui confirmat & ordinat, Episcopus, c. vni. §. 4. c. feru-
 lis, de sac. vñcti. ¶ Sacramenta ¶ omnia tribus, perficiuntur, videlicet
 rebus, tanquam materia: verbis, tanquam forma: & persona
 ministri conferentis sacramentum, cõ intentione faciendi, quod
 facit ecclesia. Tria sacramenta, baptisimus, confirmatio, & ordo,
 characterem, id est, spirituale quoddam signum a ceteris distin-
 ctum, imprimunt in anima indelebile, vnde in eadem persona
 non iterantur: reliqua quatuor characterem nõ imprimunt, &
 iterationem admittunt. vide de his concil. Florent. sub Eugenio, 4.
 pontif. Max.*

De Baptismo, Cap. 4.

Lib. 3. Decreta. tit. 4. 1. Vniuersi Rationales

- 1 Baptisimus ianna sacramentorum aliorum, & quid, & efficacia eius.
- 2 Differentia huius sacramenti ab aliis baptisimis Diui Ioannis, & auorum: & de speciebus baptisimi.
- 3 Que concurrunt in forma Baptisimi aqua.
- 4 Que aqua interuenire debeat.
- 5 Vbi aqua per formam verborum ex Spiritu Sancto. Item nu. 8. 9.
- 6 Quare potius hoc sacramentum regenerationis, aquam quam aliam materiam habet: & de figuris legis præcedentibus baptisimum hunc.
- 7 Creditum Ethnicis expiari aqua crimina posse.
- 10 De ceremoniis adhibitis baptisimo, & de earum antiquitate: & de Anadocho sine patre iustitiam.
- 11 Quomodo, & qua persona consideranda sunt in baptisimo. Et num hæretici baptisari possint.
- 12 Baptisatus quis arena.
- 13 De baptisato puero a pueris.
- 14 Baptisati desiderant Turca a sacerdotibus Christianis ob corporis salutem.
- 15 Non esse rebaptisandum, & penam rebaptisantium.
- 16 Baptisatus pueri.
- 17 Tempora baptisimi: Adultorum solemnitas.
- 18 Qui possint esse patres iustitiam, & quibus prohibetur, & quot possint esse.
- 19 Fines, & efficacia baptisimi.
- 20 Hæreses vitanda in baptisimi materia.

P^rimum omnium sacramentorum, est baptisimus: veluti ꝑ ia-
 nua & fundamentum aliorum, & Christianismi, c. veniens, de
 presbye. non baptis. ministr. c. cum itaque, de consecrat. dist. 4. quore-
 nalcimur Deo, & vitam nouam habimus, D. Ioan. euangel. c. 3. sine
 quo vitam ad ipsi eternam nõ possumus, c. firmissime, & c. filius,
 ac consec. dist. 4. D. Mat. h. c. fina. c. firmissime, 15. q. 1. c. maior. c.
 de baptis. nec alia sacramenta suscipere, c. si quis per ignorantiam, 1.
 q. 1. in sacramento quippe baptisimatis baptisatus in embrũ Chri-
 sti sit, c. quia passus est, de consec. dist. 2. & c. ad hoc, de consec. dist.
 4. Et ideo tunc originale, venialeque peccatum, per baptisimum
 adimitur, c. a regeneratione, & c. sine patris, de com. dist. 4. ¶ Baptisimus ꝑ 2
 autem